Dum cuncti Turonica sine benedictione sacerdotali fuit. Nam christiani qui eo tempore
videbantur, occulte per latebras divinum officium celebrabant. Nam si qui a paganis
reperti fuissent, aut affligebantur verberibus, aut gladio truncabantur. A pas-
sione ergo domini usque ad transitum beati martini anni quadringenti duodecim computantur.

De eo quod sanctus Severinus in transitu sancti Martini vidit

Beatus Severinus Coloniensis episcopus vir honeste vite et per omnia laudabilis. Dum
die dominica loca sancta ex consuetudine post matutinas cum suis clericis circuiret.
Illa hora qua vir beatus obiit. Audivit chorum psallentium in sublimi. Vocatoque
archidiacono interrogabat si aures eius perciperent voces quas ille attentus
audiret. Respondit nequaquam. Tunc ille diligentius ausculta. Archidiaconus vero cepit
sursum colla extendere. aures erigere et super summitatis baculo sustentatus stare. Sed
credo eum non fuisse equalis meriti. a quo hec non merebantur audiri. Tunc prostra-
ti in terram ipse pariter et beatus episcopus dominum deprecantur. ut hec ei divina pietas
audire permitteret. Erectis autem sursum interrogat senex. Quid autem audis. Cui ait
voces psallentium tamquam in celo audio. Sed quid sit prorsus ignoro. Cui ille. Ego
quid sit tibi enarrabo. Dominus meus martinus episcopus migravit ab hoc mundo.
Et nunc angeli canendo eum deferunt in excelsum. Et ut parumper moraretur. ut hec audi-
retur diabolus cum nequam angelis retinere temptavit. Nihil de suo in eodem re-
periens confusus abscessit. Quid ergo de nobis peccatoribus erit. Si tantum sacerdo-
tem voluit pars iniqua nocere. Hec sacerdote loquente notato tempore archidia-
conus Turonis misit velociter qui hec diligenter inquireret. Qui veniens eo-
dem die hora qua manifestissime cognovit transisse beatum virum. Quo sanctus Severi-
nus audivit psallentium chorum.

De eo quod sanctus ambrosius in transitu eius vidit

Eo tempore beatus ambrosius. cuius hodie flores eloquii per totam ecclesiam redolent.
Mediolanensi civitati preerat episcopus. Cui celebranti festa dominice diei. ista erat
consuetudo ut veniens lector cum libro non antea legere presumeret. quam sanctus
nutu iussisset. Factum est autem ut illa die dominica post prophetica lectione iam lec-
tor ante altare staret. qui lectionem beati pauli proferret. Beatissimus antistes Ambrosius
super sancto altari obdormiret. Quod videntes multi. cum nullus penitus excitare
eum presumeret. Transactis fere duarum aut trium horarum spatiis. excitaverunt eum dicentes.
Iam hora preteriit. Iubeat dominus lectori lectionem legere. Expectans enim populus val-
de iam lassus est. Respondit autem beatus Ambrosius. Nolite turbari. Multum enim mihi
valet sic obdormisse. cui tale miraculum dominus ostendere dignatus est. Nam noveritis fratrem
Martinum meum martinum egressum de corpore fuisse. me autem eius funeri obsequium prebuisse. Peracto
ergo ex more servitio capitellum tamen vobis excitantibus non implevi. Tunc illi stupefacti
sunt et admirantes. diem et tempus notant sollicite requirentes. Et ipsum diem

tempus quo repertum est quo beati confessoris decedentis se eius obsequiis deservisse. O beati viri de cuius transitu sanctorum canit numerus. Angelorum concinit chorus. Omnium caelestium virtutum occurrit exercitus. Diabolus praesumptione confunditur. Ecclesia virtute roboratur. Sacerdotes revelatione glorificantur. Quem michael assumpsit cum angelis. Maria suscepit cum virginibus. Paradisus retinet laetus cum sanctis. Sed quid nos de laudem eius temptamus quod non sufficimus adimplere. Ipse enim est laus illius. Cuius laus ab ore eius numquam recessit. Ihesus christus dominus noster. R' [illegible]

C. ii. Quomodo translatum est corpus eius.

Operae pretium est enim inserere lectioni qualiter sanctum corpusculum eius de loco ubi primum adoratur fuerit domino annuente translatum. ~~Anno lxiiii~~ post transitum gloriosi domni martini. Beatus perpetuus thuronice sedis cathedram sortitus est dignitatis. Accepto ergo hoc opere cum magno civium consensu. fundamenta templi amplioris quam fuerat super beata membra locare disposuit. Quod sagaci desistens studio mirifice ma[...] ripauit effectu. De qua fabrica iuxta quod loquimur erat. Et quia praesens est [illegible]. Domine melius putavimus. Devenientes ergo optato tempore sacerdotes ut templum dedicaretur et sanctum corpusculum a loco ubi sepultum fuerat transferretur. Convocavit beatus perpetuus ad diem festum vicinos pontifices. Et abbates ac diversorum clericorum non minimam multitudinem. Et quia hoc in ~~kalendis~~ iulii agere volebant. vigilata prius nocte facto mane accepto sarculo terram quae super sanctum erat tumulum ceperunt effodere. Quo detecto manus eius cum ut commoverent dirigunt. ibique multitudo laborans nihil proficiens persistit. Vigilata deinde alia nocte. Mane temptantes iterum nihil omnino agere potuerunt. Tunc conturbati atque conterriti quid facerent nesciebant. Dicit eis unus ex clericis. Scitis quia post hoc triduum natalis episcopatus eius fuisse consuevit. forsitan in hac die se transferri nos admonet. Tunc ieiuniis et orationibus ac iugi psalmodie die noctuque consistentes. triduum illud continuatione duxerunt. Quarta autem die accedentes. ponentesque manus non valebant penitus movere sepulchrum. Pavore autem omnes conterriti. iamque de hoc frustrati ut terram vasculo quod detexerant operirent. Apparuit eis veneranda canitie senex ad instar nivis candorem praeferens dicens se esse abbatem. Et ait illis. Usquequo contristamini et tardatis. Non videtis domnum martinum stantem et vos iuvare paratum. Et manus opponitis. Tunc iactans pallium quo vestiebatur. posuit manum ad sarcophagum cum reliquis sacerdotibus crucibus paratis. et cereis [...] accepta antiphona decantant cuncti voce psallentium concorditer. Tunc ad senis imperium sarcophagum ~~[illegible]~~ cum summa levitate commotum in loco ubi nunc adoratur domino annuente perducunt. Quo ad voluntatem sacerdotis composito. dictis etiam missis ut ventum est ad convivium. requirunt sollicite senem nequaquam reperiunt. Sed nec hominum quisquam eum de basilica exire vidisset. Credo aliqua fuisset virtus angelica quae beatum virum se vidisse pronuntiavit et deinceps nulli comparuit. In quo loco ex illa die multae virtutes factae sunt. Quas neglegentia non fuisse scriptas. Verbo autem de quanto mihi pro-

Nunc facti videmus, cuius factum certe cognovimus. Et liberi nequimus. Regnante
domino nostro ihesu christo qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat per omnia
secula seculorum Amen.

Explicit Translacio beati Martini Episcopi

Nota quod beatus Iheronimus dicit in vitis patrum et quod vir sanctus qui rogavit deum
ut ei ostenderet qualiter anima de corpore sine angustia duceretur. Fecit
hic quadam die de cellula sua egressus. Vidit ante se pauperem iacentem iuxta viam
in extremis vite laborantem. Audivit quoque circa illum angelos stantes et animam expectantes
ut illam deportarent ad celestem locum quietis. Tunc ibi moram faciunt angeli in somnis
vox de celo ad angelos ibi stantes dicens. Ut quid tam diu illic moramini. Et dixerunt
angeli. Propter deus ut sine angustia corporis haec anima educatur. quod non possumus.
Et hoc dicto statim multitudo angelorum et psalterium descendit cum ministris instrumentis mo
dulacione. quorum dulcisona delinita est anima et egressa a corpore sine omni angustia
Et cum illo sancto comitatu ad celum protinus evolavit. Amen.

Nota quod olim in Constantinopoli in quadam ecclesia erat ymago beate virginis. Ante
quam dependebat velum. quod totam cooperiebat ymaginem. Hoc velum sexta feria
post vesperas recedebat ab ymagine nullo movente. Sed sic miraculose quasi deferretur
ut ad plenum posset ymago a populo videri. Celebratis vesperis in sabbato
velum. descendebat ante eandem ymaginem. et ymaginem. Ibi manebat usque ad sextam feriam. Hoc
viso miraculo. factum est ut semper illa feria in ecclesia de sancta Maria cantaretur. Alii
ideo quia est nobis porta ad regnum celorum. quod per diem dominicum figuratur. Unde semper
veneramus de illa feria septima. quod precedit diem dominicam. Amen.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF